

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: *Urania Titani*

Citation: Brahe, Tycho: "Urania Titani", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 193. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur:  
<https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54535/facsimile.pdf>  
(tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*

[Ex excerptis Lengchekianis Hauniensibus nr. 178]

IN NIC. CRAGII REMPUBLICAM  
LACEDÆMONIORUM.

**C**UR antiqua adeo, cur tempore diBita et orbe  
Nunc Lacedæmoniorv, Cragie, facta novas?  
Et cur non potius patriæ mage cognita gesta,  
Vel quam nunc habitas, urbis aperta facis?  
Tutius est forsan Veterum monumenta referre;  
Nostra ut scire juvat, sic memorare nocet.

10 [E codice Vindobonensi lat. 10686<sup>12</sup>; cf. P. J. Resenii *Inscriptiones Haunienses* (Hauniae 1668)  
p. 411 sqq.]

## URANIA TITANI.

**E**N tibi sexcentos tribuit quos Pagina versus,  
Accipe, mi Titan, et lege quando vacat.  
Sunt ideo multi, ne sit responso promita;  
Ipse sed hanc nobis ore referre velis.

**V**ENIT ab Urania, quam cernis epistles, Titan;  
Nil sibi describi, te sed adeße cupit.  
Littera multa quidem perarata est, multa superfit.  
Ait cum te caream, quid tua charta juvat?  
Te retinet nimium nostris ars invida votis,  
Nec tanti Hermes, nec tota Chimia foret.  
Ars vana et linquens vacuatas ære crumenas,  
Quam propter vacuo linquor et ipsa thoro;  
Quam propter fine sole dies, fine fidere noctes  
Orba traho, quod abes, Solque Jubaque meum;  
Ars utinam tenebris, unde orta, periit Averni,  
Quæ mihi tot nitidos abstulit atra dies.  
Jure vocanda atra est, quia fit carbonibus atris,  
Non decuit niveas res ita nigra manus.  
Ait ego quod linquar, modicum est, tu læderis inde;  
Ægra fit hinc tua mens, hinc male corpus habet.  
Quando etenim curis nimis noctesque diesque  
Carperis, ut votis ars fit amica tuis,  
Et tandem inventum NIHIL est, quod et usque requiris,  
Nonne animus tantâ spe cecidiſe dolet?  
Dum per anhela trahis foedos spiracula fumos,  
Quos simul et carbo materiesque parit,

Nonne

## CARMINA

Nonne tenella tibi languescere pectora sentis, Pectora pectoribus quæ magis apta meis?	
Quæ comperta loqueror, quia et ipsa fat omnia novi Quot veltræ species, quot mala carbo, ferant.	
Ah quoties faciem spurcas, quotiesque labella, Quæ servanda mihi bella labella forent.	5
Sæpe cutis toto maculis tibi corpore livet, Mollior ante nova candidiorque nive.	17
Nuper enim Stygias fatagenti impellere lymphas Cum tonitru Nitrum vincula rupit atrox,	16
Fœtor et hinc fufus vitalem polluit auram, Semianimes socios que cecidiſe liquet.	
Tu licet elapsus (precibusque hoc accipe nostris) Crebra tuo tamen hinc corpore sparsa nota es.	
Talia namque meo, de te modo querere juuo, Rettulerat nato Bangus, at ille mihi.	15
Hinc ego concepi majora pericula veris, O fons solliciti plene timoris, Amor!	†
Sulphura mox timui, timui Arsenicalia monstra Et Salia et Stibium Mercuriosque vafros.	20
Denique quicquid erat, quod Carbonaria fallax Suppetit, id totum cauſa timoris erat.	
At nostro affullit Veneris bene Sidus amori; In cineres abiit folspite carbo viro.	
Rettulit ille etiam, prope quod Schonburgica rura Effraenes per equos versa quadriga tua est,	25
Teque genu lapsum laefiſe atrociter, inde Sub medicaque diu decubuisse manu.	
Quæ licet hoc miſo haud prorsus cælata ministro, Ne mihi forte alias cresceret inde dolor,	30
Tu tamen astute dammu molemque pericli Texisti in proprijs ingeniose malis.	
At mea, quæ eventum perraro insomnia fallunt, Obveniſe istud, præmonuere fatis.	
Cor mihi namque, velut currenti, e corpore lapsum, Parte fui vifum est inferiore premi.	35
Mox ego sic, Genio (nondum experrecta) monente, Vociferor: »Titan, cor mihi sicne cadis?«	27
Sed bene tunc Phœbus, Medicæ qui præfidet arti, Subveniens, nostri fautor amoris erat.	40
Attulit is pedibusque tuis genibusq; redires Quo citius, nec te plus remorentur, opem.	

Hunc

Hunc nondum ob casum mea Sollicitudo remisit,  
 Cum penetrat gravior corda priore dolor.  
 Diceris iſe etenim, famulo comitatus ab uno,  
 Per juga præruptis Alpibus alta nimis,  
 Et Venetūm aurivoras cupide feſtarier offas,  
 Quas fallax iftic Ars et ubique coquit.  
 Tene viæ placuit temere committere tantæ?  
 Quam bene cautus abis, quam memor ante mei?  
 Nonne brevi id decuit prius admonuſe litura.  
 Saltem ut votivis te ſequerer lachrymis?  
 Fallar, et hæc potius vanefcat fama ſub auras;  
 Lætabor, modo te Teutonis ora tenet.  
 Hinc quia ſpes aliqua eft de te refilcere quicquam.  
 Et capere, atque animi mittere ſenſa, notas.  
 At cur te cupiam Germano limite claudi?  
 Heu nimium limes latus ei ille patet.  
 Cum non ſcire licet, quā tandem parte moraris  
 Teutoniæ, vel quā conditus urbe lates.  
 Lentus abes, neque nota mihi fat cauſa morandi,  
 Aut quæ te nimium terra vel unda tenet.  
 Quisquis ab Austrino veniens vada Baltica tangit  
 Littore, non de te pauca rogatus, abit.  
 Traditur et noſtris charta huic lignata labellis,  
 Si forte audierit, quo tibi danda loco.  
 Heu mihi, cœleſtis quod cernitur undique Titan,  
 Terrelfrem, huncque meum, non reperire datur! ||  
 Sæpe Ducem Ulricum te detinuſe putavi,  
 Cauſa tuæ forſan nec fuit ille moræ.  
 Sæpe etiam timui, te, dum freta Baltica tranas,  
 More tuo infesto vela dediſe mari:  
 Ut ratis in ſcopulos, quos Mœnia fuggerit, acta,  
 Membra aliquo cogat læſa fovere loco.  
 Quid multis? cum ſcire nequid, cur lentior abſis,  
 Mens mea per cauſas irrequieta volat.  
 Tempora fi memores, bene quæ memoramus amantes,  
 Noſtra querela fuam non venit ante diem;  
 Nam mihi diſcedens tremulo es ſic ore locutus,  
 Pallentes lachrymis cum maduère genæ:  
 »Sol prius auriferi non tanget velleris alfrum.  
 Quam tibi me reducem Scania veſtra ferat«.  
 Cœlicus is Titan yellus bis terve revifit  
 Phryxæum, at Titan Terree noſter abes;

25\*

Non

## CARMINA

Non puto, quod ratibus lecteris Iasonis aurum  
 Aui furtum lanæ vericoloris ames.  
 Nec Medæa fui, nec ero, nil fraudibus utor,  
 Colchida si cupias, hic quoque Colchis erit.  
 Pergula læta mihi est, pulcher quam circuit hortus,  
 Vix cui par dabitur, Colchida utrumque vocem;  
 Læta vocata quidem; fed nondum cernere lætam  
 Me potuit, quamvis hic tua imago patet.  
 Quam quoties specto, lufpiria cordibus imis  
 Alta traho, et lachrymis ora genasque rigo.  
 Mox caput inclinans, unique innixa lacerto,  
 Sic mecum tacito murmure verba premo:  
 »O si is, quem pulchro referens belle exprimis ore,  
 Afforet; o coram hunc cernere quando datur!«  
 Hancque diu aspiciens oculis ac sensibus ipsis  
 Linquor et ancillis excipienda cado. ||  
 Quin mihi vix rediens iterum hanc iterumque videre  
 Mens avet; in damnum tam studiosa suum est.  
 Imo haec dum memoro, sanguis præcordia stringit,  
 Vix teneor, quin mox exanimata ruam.  
 Ater sanguis abi, mens et præcordia firma  
 Este mihi et faltem his addere pauca date:  
 Haec ubi scripta sient, si tunc mihi parcere iniquum est,  
 Auditu et visu me spoliare, feram.  
 Et sat sueta feram (quam consolatio dura est,  
 Quod nequeam expertis succubuisse malis).  
 Nil sed ago precibus, quo plus lego, laevius infat,  
 Suscepturnque dolor linquere cogit opus.  
 Ferte citæ lymphas, sal, vinum, aromata, acetum,  
 Ancillæque omnes virgoque ferte citæ.  
 Ah satis, ah; redeam o liceat calamumque resumam,  
 Quam mire cunctis sensibus orbus habet!  
 Ita abeant; adhuc Titan, cito meque revise.  
 Colchiacas artes, si cupis, ipsa dabo.  
 Non opus ut fubeas, veluti Pagasœus Iason,  
 Phæriacas Argo nave repositus aquas  
 Et superes tot monstra tuis Hecatæa venenis,  
 Ignivomos Tauros terrigenaque viros  
 Et colubrum herbarum vigilem virtute sopitum,  
 Hinc tandem aurato ut vellere dives eas.  
 Forte sub his technis (si vera est fabula) tecla  
 Ars etiam technis Chrysiopœa latet.

Sint

Sint ea vera tamen; quid enim non credimus ambo,  
 Quos animis uno corpore neclit Amor?  
 Pergula (quam dixi) quæcunque petuntur ad artem  
     Auriferam (si qua est) exhibitura satis,  
 5      Fornaces varias, carbones, lampada, flamas,  
     (O flammæ flammis cedite quæso meis!) ||  
 3 br. Materia hic deerit, quæ sat reperitur ubique?  
     Vilis et hæc fertur nec preciosa nimis.  
 Hic lapidem arcano simul ambo fovebimus igne,  
 10     Nempe columbae ovis semina masque cubant.  
 Hunc si multiplici nimium sub cortice tectum  
     Credibile est ullos ante habuisse Sophos,  
 Non dubito, quin tu vel ego inveniemus eundem;  
     Sol pater (ut referunt) Lunaque mater erit.  
 15     Sis igitur Titan Pater et sim Femina Lunæ  
     Perfamilis Mater; sexus et ordo juvant.  
 Scandit is in cœlos, iterum terrena revisit;  
     Sic terrena etiam dico ego Urania.  
 Primitus et Sophia ipsa vocor, lapis ille Sophorum est,  
 20     Fortitan hinc nostrum nomen et omen habet.  
 Ventus et hunc utero fertur portasse, vel isto  
     Forte etiam poterit qui meliora mihi est.  
 Ingeniumque (ajunt) subtile et suave requirit,  
     Haud ego grossitiem fallar ob ingenij.  
 25     Sic orbem hunc constare putant, sumus Orbis uterque,  
     Per me alius mundus parvulus esse potest.  
 Colchide at ex veteri nova cur exempla petuntur,  
     Antiqui Hermetis cur ita dicta placent?  
 Quærimus heu varie, frufraque aliunde vocamus,  
 30     Hoc satis in nobis quod latet artis opus.  
 Conjugio abimilant cum mas et femina, ponunt  
     Mollia foecundo corpora juncta thoro.  
 Contigeritque illis prolem si quando creari,  
     Arcani Lapidis protinus inflar habet.  
 35     Inque utero velut nutritur sanguine foetus,  
     Sic humore suo fatus et ille viget.  
 Ingenitusque velut calor et moderatus et nudus  
     Maturat partum, dum fovet igne levi, ||  
 3 br. Sic etiam lapidem liquido lenique calore  
     Naturæ ad normam, qua datur arte, fovent.  
 Alterat augendo ut formam mutatque colorem  
     Infans, claustra tener dum geneticis habet,

Haud

## CARMINA

Haud aliter Lapis hic crescit variatque colores,  
 Fomenta Athanor debita quando regit.  
 Ut Lucina fuos dat adhuc a matre rubentes  
 Et teneros foetus crescere lacte facit,  
 Sic rutilans fulget jam natus Chimicus Infans,      5  
 Fermentoque suo crescit et auclus abit.  
 Utque alios iterum natus progignit adultus,  
 Sic Lapis hic lobolem multiplicare potest. ||  
 Quam bene convenient noltris ista omnia votis,  
 Quique operi arcano competat, Hortus adeat;      10  
 Non qui pestiferos foveat vigilesque Dracones  
 Et terrae in proprias monstra parata neces  
 Naribus aut Tauros spirantes undique flamas  
 Vcl, Medæa, tuâ mixta Aconita manu.  
 Brachia fint angues mutuis circumdata collis,      15  
 Terrigenas acies terrea vala putem.  
 Si collifa cadant, minima est jaictura; Bovesque  
 Ipsi erimus junccti conveniente jugo.  
 Æstus et ira absint, proque herbis, grata, nocivis  
 Hortus, qui tribuat Pharmaca, noster erit.      20  
 Sensus at (ut perhibent) si forte his mysticus infit,  
 Pandere et hunc nobis difficile esse nequit:  
 Tu modo, mi Titan, patrias te confer in oras,  
 Aspirent votis ventus et Aura meis;  
 Tunc bene nota redux intrans Pomaria cernes,      25  
 Quam locus hic aptus fit tibi, quamque mihi;  
 Hic simul occultum, juncctis modo viribus, optes,  
 Artis ut auriferæ conficiatur opus.  
 Interea votis, quæ nunc mihi sola supersunt,  
 Orabo Superos, ut tibi adeße velint,      30  
 Utque brevi incolumis (modo ferre negotia posint,  
 Quæ versas manibus) restituare mihi.  
 Non etenim cupio, festinus quod tibi damno  
 Sit redditus, quia me nil tua damna levant.  
 Quin tibi cum fidam satis ipsa, ubicunque moreris,      35  
 Nostra alijs tamen est suspiciofa fides.  
 Credula quod fuerim nimium, quod stultius urar,  
 Te quoque me leviter deseruibe putant. ||  
 Plura feram, modo sis tu saltem corpore salvus,  
 Id Dij li renuant, te sine nulla feram.      40  
 Obijciunt, blandis quod sim delusa loquelis  
 (Sic deludi abs te foemina crebra volet).

At

At non, mellifluis, quorum tibi copia, verbis  
   Quod decepta, queror; si quā ea culpa, mea est;  
 Sponte tuis cēbi votis, te sponte probavi,  
   Ut Chalybem magnes attrahit, ipsa sequor.  
 Inter tot genere illustres, quos Dania nutrit,  
   Solum es, ex imo qui mihi corde places.  
 Te ipsum, non tua verba, moror, nil indiga verbis  
   Forma tua est, Virtus me Probitalque movent;  
 Sit foecunda alijs, velut est facundia prægnans,  
   Me tamen in partes non trahet illa suas;  
 Suave quidem mel est, at Fel sub cortice dulci  
   Quod tegat, exemplis res mihi nota satis.  
 Nec tua fictitia est, hac te Natura beavit,  
   Quā superas reliquos, grata loquela, viros.  
 Hanc tibi Mercurius Veneri sociatus in ortu,  
   Ædibus e proprijs largus habere dedit;  
 Nec mirum, Superūm præconi quod Venus adstans  
   Blanda tibi et pariter verba diserta parit;  
 Quin simul his Phœbus Geminorum jungitur astro,  
   Noster et hinc Geminus forte oriundus amor.  
 Sed levis est Stilbon, levis est Cytherea, Gemelli  
   Sunt duplices, constans quid queat inde sequi?  
 Sol etiam radijs, qui pandit et omnia condit,  
   Gradivi et Veneris prodidit ante dolos.  
 At quid ea huc refero? spurci valeatis amores,  
   Concebos thalamos, vincla probata loquor.  
 Si qua tamen levitas hinc aut aliunde subintret,  
   Mox abeat nostro fitque ab amore procul. ||  
 Me prius, hanc habeant, quotquot petulanter amasti,  
   Aut obiter si quam nunc quoque forsan amas.  
 Ista licet de te male non ego luspicer unquam,  
   Ait alijs dubium vestra libido mover.  
 »Te, procul ex oculis quae distas, scilicet, unam  
   Absens, tamque diu, tamque remotus amet?  
 Quid faciat, quæso, longinquis defes in oris,  
   Qui, Paris alter ut est, nil nisi amare potest?  
 Crede peregrino captivus amore tenetur,  
   Quænam illa Urania est forsan et unde rogat.«  
 Sic ajunt; furdæ at frustra mihi talia narrant,  
   Et furdam et cæcam me facit Arctus Amor.  
 Quicquid at his poterit (me non credente) subesse,  
   Ipsa etiam levius sit levitate, precor.

In

In vacuas Stilbon pennis diventilet auras,  
 Inque maris bullas efflet id omne Venus.  
 Vos duplices Gemini vanum hunc dißolvite amorem;  
 Sub duplice et ficto corde fit iste, velim;  
 Lumine quique suo cito detegit omnia Phœbus, 5  
 Te prodat, casto si quā in Amore noces;  
 Me sed fixus amor (si quid tibi fidera fixi,  
 Si quid perpetui contribuēre) juvet.  
 Hunc Jovis intuitus quinta de cuspidē firmet; 10  
 Jupiter es confitans, quinta es amica domus.  
 Displicet, invisæ constringi Virginis astro  
 Vosque premi opposito tardigradoque Sene.  
 At mihi Virgo favet, nostro quia fulsit in ortu;  
 Heu nimium nobis forsitan illa favet.  
 Perpetuo est steriles, sterilem quoque tranfigo vitam; 15  
 Virgo nec ulla parit, nec vidua ulla parit.  
 Artibus at facit oblecter, velut altera Pallas,  
 Mercuriusque sacris ingeniola litem.  
 Ipse etiam in propriâ feliciter æde locatus  
 Et Lunam aspiciens promovet Artis opus. || 20  
 Scilicet hoc unum longi est solamen Amoris,  
 Ut tua, Penelope, tela retexta diu.  
 Nec placet, in signo tibi quod saltem unicus Errō  
 Hospitium fixo Marsque malignus habet,  
 Culmine tecta cadens male quique inimica subintrat, 25  
 Quin mihi sic etiam Mars inimice cadis?  
 Hoc habeas, folido quicunque inimicus amori es,  
 Spero quod hinc nostris hostibus omen erit.  
 Et licet est fixum Martem quo Cormiger abdis  
 Holpitium, tamen id vix placuisse potest. 30  
 Aversum a proprio est, simul hic nocet ille Dianaë,  
 Pronuba quæ Tauri scandere tergus avet.  
 Et licet alternā juvet hanc quod fede recepit,  
 Attamen his obstat plus duodena domus.  
 Mars igitur valeas, alibi infortunia figas, 35  
 Nunc, quæ agitas, non vult cornua noster amor.  
 Falcitenens potius validos bene firmet amores,  
 In quamvis etiam dicitur eße malus:  
 Non tamen eße malum Mythes Ægyptius olim  
 Credidit, hunc habuit sed potiore loco. 40  
 Eße bonus nobis poterit: sublimior extat,  
 Inque Jovis folio vix mala blandus agit.

Cujus

Cujus ad asperatum (licet haud bona quadra putetur,  
 Est mage fextilis) applicat alma Venus.  
 Est mihi, sique bonus precor, et te figere poshit,  
 Ut tuus in nobis perpetetur Amor.  
 Non tamen ut fixus maneas, ubicunque moreris,  
 Te revocet potius, quae cita, Luna, pede est,  
 Ad cuius radios pergit Venus alma; quadrati  
 Sint licet, evadunt ex brevitate boni;  
 Tunc simul ipsa Jovis, qui Conjugialia curat,  
 Sextilem intuitum (Lux bene faulta) petit:  
 Hinc ego concipio spem firmam, nocte quod ista  
 Monstrabit thalamis tarda cupita viam.  
 Cypria nam maribus, Juno et quoque pronuba fertur,  
 Conjugiumque illis signat Amoris opus. ||  
 Adde, quod et Phœbūm radij Jovis inde benigni  
 Excipient, qui nos prole bearre volent.  
 Quid dicam? Genesis nostra et sub tempore eodem  
 Ad Veneris radios te quoque Luna movet;  
 Mox Venus ipsa Jovis fidus, quod præfidet aimo  
 Hic bene coniugio, gemit adire Patris:  
 Quam bene utrinque cadit sub idem directio tempus!  
 Aspirant thalamis fidera ubique pijs.  
 Quin mihi Saturnus Venerem fat fixit in ipso,  
 Quo satagunt ambo Iceptra tenere loco.  
 At timeo, ne sede cadens (sed Sole receptus)  
 Hanc nimium radio figat ab opposito.  
 Hinc mihi tot forsan, quot castum propter amorem  
 Perfero, languores triflitiæque fluunt.  
 Jupiter est moderans loca, quae tribuere periti  
 Conjugio, in proprio limine faustus agit.  
 Sol, quem Fæmellis perhibent signare maritos,  
 Adjuvat hunc flammis irradiatque bonis.  
 Ille etiam signo, quod habet tibi septima, gaudet,  
 Septima conjugis rite dicata domus.  
 Auguror et placidos et letos hinc Hymenæos,  
 Acceleres sacras, ò Hymenæi faces.  
 Sepone invidiam, utque tuo mox nomine gaudens,  
 O Erycina Venus, des Ericina vocer.  
 Adde, Planeta quod elatus vel sedibus altis  
 Vel residens proprijs bis mihi binus adeſt.  
 Nec me perpetuis patietur fluctibus abdi,  
 Tandem etiam nobis tempora veris erunt.

Nil

Nil mirere tamen, quod cœlum et fidera pando,	
Utpote Fæmineo quæ minus apta colo.	
Sum quoque, si nescis, præter muliebria dona,	
Astrologa, id propter dicor et Urania.	
Sidera fufpicio, Genefesque recludo, nec istud	5
Contribuit fruſtra nomen Apollo mihi.	†
Tuque velut, quæ prona, videns, hanc expetis artem,	
Quæ terrâ effoſis rebus anhelat opes.	
Sic ego sic lufsum, quæ fuit cœlestia ſpecto;	6v
Ars mea (condones) celſior arte tua eſt.	10
Ut cœlum terras, ſic noſtra Ars Chimica vincit,	
Adde quod hæc vera eſt, Chimia fallſa nimis.	
Aſt tibi quæ placeant, quæcunque vel unde petantur,	
Non poterunt unquam diſplicuiſe mihi.	
Tu modo fac redeas, revocantiaque Aſtra fequaris,	15
Quæ cito conjugij tempora laeta notant.	
Quicquid erit, quod te reficit, delecter eodem,	
Chimica five voles, Carmina five voles.	
Nam cum te multum recreet quoque blanda Poëſis,	
Altera ſim Sappho, metra ſonora canam.	20
Sola nec ipſa tibi ſim cauſa, ut promptior adſis,	
Quin tenerum natum relſpice, quæſo, meum.	
Ætas (dante Deo) veniet mage firma Tagoni,	‡
Confilijs foret hæc nunc moderanda tuis,	
Ut virtute acri referens utrumque Parentem,	25
Teque ſequi ſtudijs geſtiat uſque bonis.	
Hei mihi quot morbis fuit ille obnoxius, et quot,	
Dum tu tardus abes, ſeua pericla tuliſt.	
Aſt ipero, Numen mihi quod dedit huncce Supernum,	
Servet, et haud feros auferat ante dies:	30
Lactitiæ ut nobis decorique exiftat adulitus,	
Longævus noſtris infideatque bonis.	
Si quid habent, ut habent, cœleſtia fidera veri,	
Nalcenti huic puero fata benigna dabant.	
Pone ortum Venus alma fuit ſub fidere Cancri,	35
Quare in amore illi, blande Cupido, faves.	
Sol Geminos tenuit, capi hunc confuetus Achates	
Hofpitio Stilbon undecimoque loco.	
Clarus is hinc fiet, ſimul ingeniosus, ut artes	
Percipiat doctas; multus amicus erit.	40
Culmine Mars ſupero mox ſe ſublimior effert,	
Huic Aries folio dat refidere ſuo.	

Ascendens

Ascendens videt is Trino (licet ille quadratus  
     Eſe queat) radio; te quoque Phœbe videt. ||  
 7<sup>e</sup> Hunc etiam recreat Lunæque Jovisque benignus  
     Intuitus, nec lux Falcitenentis obeft.  
 5 Prævideo hinc, rebus felicem aptumque futurum,  
     Quas nimium toto Mars ferus orbe gerit.  
 Hincque canes et equos, bombardas, arma, sagittas,  
     Si qua foret, doctâ gnarior arte reget.  
 10 Ait utinam, Gradive Pater (feu Vitrice prorsus)!  
     Filiolo hæc non des munera, des alijs.  
 Nulla salus opere in Martis, Pax aurea præstat,  
     Inque malâ poterit re nihil eſe boni.  
 Quin mage Saturnum, quem septimus ordo domorum  
     Continet, extimeo; lensus atroxque nocet.  
 15 Is tamen in propria requiefcens fede triumphat,  
     Pocla fuus præbens huic Ganymedes adest.  
 Conjugio haud obstat, sed firmum et gratius adfert,  
     Forte tamen remoras flans repedansque facit.  
 Id faltem metuo, radijs ne quando sub ortum  
     Venerit oppositus, damna proterva ferat.  
 20 Eſt etenim octavæ præfes, quæ manio dira eſt,  
     Annus et is novies bis numerandus erit.  
 Hunc pravum intuitum simul et mox cauda Draconis  
     Fascinat excipiens ingeminatque malum.  
 25 At quia tam faullas quinta ſub fede tabernas  
     Jupiter atque illi juncta Diana tenent,  
 Ilque ſuo gaudens venientem lumine et auctam  
     Accipit hospitio, diſipat omne malum.  
 Lætitiam importat, vitam prolongat, honores  
     Dans et opes, natis conjugioque favet.  
 30 Res quoque rara patet, quatuor fuit nempe Planetae  
     Ædibus in proprijs præcipuisque locis:  
 Omnibus in gefis hæc toto tempore vitæ  
     Eximiâ natum prosperitate beant.  
 35 Singula quid referam? Genelis vix fauſtior ulla eſt;  
     Si pariam, ſimilem ſæpe redire velim.  
 At Supera ex voto quamvis fint fidera fauſta,  
     Cuncta ſimul faveant inferiora, precor. ||  
 40 Ipfum homines et ament, feu mas, feu femina, et ipfum,  
     Quicquid terrefris continet orbis, amet.  
 Nulla ſalus tamen ex astris, Tellureque nulla eſt.  
     Te, Tago, perpetuum ſolpit, oro, Deus.

26\*

Dum

Dum loquor, heu tristis nimium mihi fama refertur,  
 Quod modo præcipuus noster amicus obit.  
 Charior haud illo mihi, vixque fidelior alter  
 Suppetit, ò nimium Mors inimica bonis!  
 Spero tamen, quod inanis erit tam concita fama; 5  
 Hoc meus in somnis nec monuit Genius.  
 Quam lugubre foret charo hoc privarier astro,  
 Talia nam nobis Sidera rara micant.  
 Eurialo et Niso similis quamplurimus olim, +  
 Tam tibi, quamque mihi, fidus amicus erat.  
 Quam bene jam reliquos digitis numerabimus omnes, 10  
 Ambobus vix nunc unus et alter adest.  
 Tempora lœta ferunt multos, sed nubila tollunt,  
 Fortunæ arbitrio flantque caduntque simul.  
 Pæne mihi solus supereft sine felle vel astu, 15  
 Qui perfet firmâ Frater Apollo fide.  
 Nec fructra huic placidus roravit Aquarius ortum  
 Fixus et humanus, Tardigradique domus.  
 Cum Jove, qui Venerem facit undique cingere Eoas  
 Scandentesque fores, lux ea fausta micat. 20  
 Jupiter, alternum pariter cum Falcitenente  
 Hospitium mutans, plus gravitate juvat;  
 Mars etiam proprias aurati vellcris ædes,  
 Alternâ e cathedrâ Sole receptus, habet.  
 Unde animo est acri et rebus citus instat agendis, 25  
 Fortiter Herculei fertque laboris onus:  
 Quinetiam Stilbon Saturni limina grata,  
 Hujus et amplexu Soleque cinctus, adit,  
 Cumque suâ Lunam gradientem Virgine, Trino, 30  
 Qui menti aspirat, respicit intuitu. ||  
 Inde magis consfans habet ingeniumque profundum, 8.  
 Utque operæ precium nil, nîl grande, putet.  
 Hinc quoque judicio consultus prævalet alto,  
 Vulgus et hunc nugis nil remoretur iners.  
 Ergo minus mirum est, quod nostro is plaudat amori, 35  
 Hunc temere ex Atomis nec putet esse fatum.  
 Scilicet hic restat de tot mihi fratribus unus,  
 Qui capiat, quod te non temulerenter amem.  
 Hoc facit Ingenium, Gravitas, Prudentia, Virtus,  
 Hoc et amor Recti, Judiciumque facit. 40  
 Sufficiat nobis, primævus candida frater  
 Quod nostro facilis corda in amore gerat.

Quid

Quid si etiam ex astris tandem ventura revolvens,  
     Hinc tacitus nostros prævideat thalamos,  
 Sidereisque ideo frustra haud oblitere fatis  
     Audeat! ô quantum fata in amore valent!  
 5      Fato junguntur, fato solvuntur amores,  
     Non habet hic semper Gaza Genusve locum.  
 Quam pulchrum est, hominem simul et præscire futura  
     Et simul, affuerint si bona fata, sequi.  
 10     Incauti hic titubant, quos ignorantia turbat,  
     Frater at hic noster callet utrumque fatus.  
 Hic mihi frater erit semper, quem fautor Apollo,  
     Ex quo etiam merito nomina gestat, amet.  
 Sive igitur faveant alij, seu lumina vibrant,  
     Ut loliti, torvo torva supercilium,  
 15     Nil tamen impudent, quin nos constanter amemus,  
     Et pro mille alijs frater is unus erit.  
 Imo haud obstat, decuit quos ferre levamen,  
     Quod noceant reliqui verbaque fæva crepant.  
 Si non Titanem (dicunt) tam perdite amares,  
     Ditior et major vir tibi (crede) foret.  
 20     Ipso in amore tamen si qua est sapientia, certe  
     Haud credam, quod te despienter amem. ||  
 Non ego dixitias, non mundi sector honores,  
     Officioque gravi complacuisse viro.  
 25     Omnibus Officijs, fundis, aurique talentis,  
     Nam Persona mihi charior una tua est.  
 Plura etiam agglomerant, mea quæ nunc cuncta referre,  
     Vel meminiſſe semel mens ſibi recta piget.  
 Hi dicant, quæcunque volent, tua dicar oportet,  
     Titanis maneam ſemper ego Urania.  
 30     Abſis five diu, celer hic me five revifas,  
     Corde meo fixus tu tamen usque fedes.  
 Nec tu ſponte tua, ſed valde invitus abeſe  
     Cogeris, ac malles ſemper adebe mihi.  
 35     Hucque ſubinde etiam perque intervalla redires,  
     Sed metuis, crescat ſi quod utrinque dolor,  
 Ne, me iterum ut linquas, tibi dum fit forte neceſsum,  
     Triftiæ nimium multiplicetur onus.  
 Ergo voles potius peregrinis degere in oris,  
     Hofpitia hic donec fors tibi firma dabit.  
 Intereaque mihi non ſcribere negligis ultro,  
     Res ea fit quamvis te remorata diu.

Sive

Sive quod ex votis nemo internumtius adfit,  
 Sæpe viam ingreßæ seu perière notæ.  
 Quicquid id est, facit hoc non ulla averfa voluntas,  
 Scribere satque cupis satque redire cupis.  
 Perque tuum quoties venit huc portata ministrum  
   Littera, sic illum diceris ore fequi:  
 »Hanc ego, Serve, tibi, qua me felicior ibis,  
   Fortunam invideo; Servus ego ô fierem.«  
 Et chartam irate alloqueris, quam rumpere velles,  
   Altera nî calamo mox peraranda foret:  
 »Tune meis digitis, quibus es conscripta, bearis  
   Charta magis? digitis te cito Noſtra teret; ||  
 Teque oculi infipient, quos his ego cernere mallem,  
   Oſcula forte dabit, quæ mea ſola forent.  
 Hoc ſimul ut faciam, fas eft, prius oſcula libo,  
   Nomen ubi auguſtum ſcribitur Uraniæ.  
 Spero quod illa brevi pariter tibi baſia figat,  
   Qua Iuſus hic Titan nomina parte tenet.  
 Vade igitur viſas toto hanc qua pulchrior orbe  
   Nulla meis oculis Femina; vade cito.  
 Heu mihi quod fine me tam grata palatia viſes,  
   Heu quod ſcriptori non licet ire tuol<sup>a</sup>  
 Sic loqueris (dicunt) ſic crebro nos adeunteſ  
   Infequeris famulos; grata loquela mihi eft.  
 Singula ſcire juvat, mihi cunctolque miniſtri  
   Ut nutus referant cunctaque verba volo.  
 Ergo five adſis, ſeu non, ſeu ſcribere, ſeu non  
   Sæpe voles, modo ames, ſempre amandus eris.  
 Nec tamen addubito, quin tu, Chariſime Titan,  
   Perpetuo Uraniam, quæ Tua ſemper, ames.  
 Si te etiam nunquam (quod Dī prohibete) viderem,  
   Ex oculis tamen hiſ non abolendus eris.  
 Mente mea imprebus Titan fine fine manebis,  
   Fixus eris cordi tempus in omne meo.  
 Te præter nemo noſtro potietur Amore,  
   Mille Proci fuerint, commoda mille ferant.  
 Attamen haud credam, quod fint tam Numinia lœva,  
   Nuper ut incepta ſpc ſpoliare velint.  
 Id faltem vereor, ne, dum lentiſimus abſis,  
   Quod mea fit reduci forma probata minus.  
 Nam quæ pulchra ſatis, te diſcedente, videbar,  
   Altera, quando rediſ, forſitan eße puter. ||

Non

9v Non quod adhuc annis onerer, rugalve timescam,  
     Sæpe etiam feniū sollicitudo parit.  
 Anxietas me multa premit, nec deficit unquam,  
     Hæc quoque dum scribo, durior, ecce! redit.  
 5 Nam modo qui fuerat de morte incertus amici  
     Rumor, en hunc nimium littera miſa probat.  
 Heu mala quod semper fibi constet fama, nec unquam  
     Eventus habeat prospera quæque bonos.  
 Nil licet in somnis hoc admonuſe recorder,  
 10 Signa tamen Genius, me vigilante, dedit.  
 Quam mihi mira fui, simul et quam triftis eodem,  
     Abſtulit hunc terris quo Libitina die.  
 Omen erat tanti (modo quid fint omina) luctus;  
     Dixi alijs: certe res metuenda ſubeft.  
 Attamen haud potui cito perfentilcere, rumor  
 15      Quod nimium verus (proh dolor) iſte foret.  
 Nempe ægre, quæ grata minus ſunt, credimus, at quæ  
     Sunt accepta ſatis, mox meruēre fidem.  
 Non tamen exponam, quis sit, mens ipfa tremifcit  
 20      Dicere, nec nomen ſuſtinet ore dolor.  
 Sit signaſe ſatis, quod erat Tuus Optimus ille,  
     Et meus, et noſtri fratris Amicus: habes,  
 Forſan habes nimium; nec enim te ſcire volebam,  
     Sponte sua pernix ſat mala fama venit.  
 25 Nunc igitur dolor hinc auctus me fistere pennam  
     Cogit, et, ut vellem, ſcribere plura vetat.  
 Aſt ubi ſis præfens, ſimul et jungamur iu uno,  
     Quæ modo ſubticco, plurima aperta dabo. ||  
 10r Tunc quæ paſſus eris, mihi denarrabis acerba,  
     Iplaque noſtra tibi; forte levamen erit.  
 Quod ſupereſt, bene vive diu; ut ſalvusque revisas  
     Uraniam; ô Titan ſemper amate, vale!  
 30

HÆC in Erichſholmi perarata eſt litera Caſtro,  
     Cum geminos Pifces Sol redeundo capit.  
 Di cito dent, gemini hic pifces capiamus Amantes,  
     Tuque redux Titan et tua ego Urania.

[Ex]